



**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangeliō depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes in Passionem Et Resurrectionem D. N. Iesv Christi

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

Meditatio 38. De Titulo cruci imposito.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59870](#)

M E D I T A T I O
T R I G E S I M A O C T A V A.

D E T I T V L O C R V C I
imposito.

E V A N G E L I U M .

Matt. 27.

Marc. 15.

Luc. 23.

Ioan. 19.

SCRIPSIT autem titulum Pilatus & causam eius, & posuit super caput eius. Erat autem superscriptio scripta literis Græcis, Latinis, & Hebraicis: Hic est Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt. Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorum: Noli scribere Rex Iudæorum; sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. Respōdit Pilatus; Quod scripsi, scripsi.

P R O P H E T I A E.

Isaias 19.

E R I T altare Domini, in medio terræ Egypti, (Iudææ, quæ ob malam vi-

tam

um altera Aegyptus erat) & titulus Do-
mini iuxta terminum eius.

* Dicito in gentibus quia Dominus re- * S. Iustin.
mavit à ligno.

CONSIDERATIONES.

SCRIPSIT titulum crucis Pila-
tus non quemadmodum Iudei vo-
lebant; sed ut diuina prouidentia in
honorem Saluatoris, & gloriam Eccle-
siæ constituerat. Scripsit ergo: Iesus
Nazarenus Rex Iudaorum. Nomine I E-
sūs, quod Saluatorem significat, indi-
catur per mortem & crucem eius salu-
tem nobis partam esse. Nomine Nazare-
ni, quod est floridus, indicatur inno-
centia & sanctitas Christi; ipse enim erat
flos ille pulcherrimus, ex radice lessè, su-
per quem, ut Propheta inquit, requies-
ceret Spiritus Domini. Nomine Regis,
indicatur potentia & dominatus Chri-
sti, in vniuersum orbem: quare & titu-
lus pluribus, maximeque celebratis &
latè patentibus linguis conscriptus est,
quo diuina prouidentia indicabat fore,
ut omnis lingua & omnes populi con-
fiterentur, quod Iesus Christus rex sit
regum, & Dominus Dominantium.
Denique nomine Regis Iudaorum, id
est, confitentium & credentium, indi-

* S. Iustin.
Martyr. in
diale. cont.
Trypho.
affirmat
hanc esse
antiquam
huius Psal-
mi lectio-
nem, qua à
Iudeis cor-
rupta sit.
1. Punctū.

Isaie II.

O catur

298 MEDITATIONES

Dan. 9.

catur eos, qui ipsum negassent, non fore populū ipsius, nec Filios regni ipsius; sed eos solum, qui sicut veri filij fideles Abrahæ, ipsum confessuri, & sanctam fidem accepturi essent.

O cæci & miseri Iudæi, videte, vt per hunc theatrum triumphalem clarè demonstratur inuidia vestra, & malitia vestra confunditur. Nam ea ipsa de causa mortis, quæ ibi scripta est conuincitur non esse dignus morte. Si enim Iesus est Saluator, non debebat morte affici, qui venerat ad præstandum vobis salutem & vitam. Deinde si est Nazarenus, id est, floridus & innocens (ipse enim efflos ille, qui toto orbe spargit odorem virtutum: est innocens, vt Pilatus non semel, & Iudas proditor ipsius testari sunt) innocentiae & virtuti non mortet vita; non ignominia, sed honor debetur. Tertio, si est Rex & Dominus uester, grande scelus est, Regem suum occidere: cùm præsertim omnes populi, à multis traditum est, viso rege latus vocibus acclamare soleant: Viuat Rex. Denique si Rex est Iudæorum, de vestro est sanguine impium est autē sine causa saeuire, & non dare aliquem cognati sanguinis. Præterea si Rex est Iudæorum, id est, confitentium, nō conuenit,

DE PASSIONE DOM. 299

ut eum negetis & cōdemnetis, sed conſteamini, & adoretis, vt legitimum Re-
gem & Dominum vestrum.

Alia autem quadam ratione, propter
hunc ipsum titulum conueniebat, imo
necessē erat mori Christum. Dic̄tus est
enim Iesus, sicut Angelus dix̄t, quia *Matt. 5.*
ip̄e saluum facturus esset populu suum
a peccatis eorum: quod non poterat, ni- *Isaia 59.*
si morte pro illis satisfaceret; qui eam
meruerant: quia ex lege sine sacrificio & *Heb. 9.*
ſanguinis asperſione, non fit remiſſio
peccatorū. Deinde debebat mori quod
effet Nazarenus, id est, floridus siue in-
nocens: & Iesus erat flos de quo Pro- *Isaia 40.*
pheta prædixit, fore ut caderet & exſic-
caretur. Iam verò, cùm inter omnes
homines ſolus ip̄e innocens effet &
sanctus, ſolus ip̄e Patris irā in peccato-
res ſuo sacrificio placare potuit: conue-
niebat igitur eum ſolum pro peccatori-
bus mori. Tertiò, quia erat Rex, & bo-
ni Regis & Principis est, præcedere po-
pulum in bello, & primos hostium im-
petus in acie excipere, vt filij Israel Sa-
mueli dicebant, *Rex erit super nos, &* *1. Reg. 8.*
dicabit nos, & egredietur ante nos, &
pugnabit bella noſtra p̄ nobis: ſic Sal-
uator noster vt verus Rex præceſſit nos,
& excepit impetus mortis & Diaboli,

300 MEDITATIONES

Heb. 9.

qui armati in nos irruebant. Sua igitur morte, nostrā vincens, & ligno S. Crucis conterens caput tartarei tyranni, libertatos nos ex illorum manibus, saluti & vitæ restituit. Postremò, mori debeat, quia Rex erat Iudeorum, testamentum enim, quod illi populo regni illius factum erat, non poterat vim habere, nisi mors testatoris intercessisset. Itaque vi promissiones gratiæ & gloriæ, in illo testamento factæ, effectum consequentur, necesse erat Christum testatorem mori, ut à Prophetis omnibus prædictū erat.

Sed, quæso te, Domine mihi, si tu es Rex, ut indicat titulus, ubi diadema regium, ubi sceptrum: ubi sedes regia? nisi fortè horum loco sunt spinæ, quibus transfixum est caput, clavi, & crux, qua miserabiliter pendes. Si es Rex ubi purpura & vestis splendida? ubi turba aulicorum qui comitantur, ubi exercitus qui defendant? Video te, Domine mihi, nudum in cruce, pauperem, & a omnibus relictum & contemtum: solus amor, ò dulcis Iesu, te relinquerem non potest, sed manet socius, & honorat te in ipsa Cruce. An. Or est corona, sceptrum, sedes regia, amor est purpura, & vestis regia, qua induitus es, amor est exercitus tuus,

DE PASSIONE DOM. 301

tuus, quo peccatum destruxisti, vicisti mortem, diripiisti spolia inferorum, & vim faciens, Regnum cælorum pro tuis electis occupasti.

Eamus ergo, & ut veri confitentes, veneremur & adoremus Regem nostrum: confiteamur quia ipse est Iesus, id est, Saluator & Redemptor mundi; precantes, ut animas nostras sanet, & omnibus peccatorum maculis expurget, confiteamur ipsum esse Nazarenum, id est, floridum, & petamus ut nos florentes omni genere virtutum efficiat: confiteamur & Regem Iudeorum, id est credentium, cui Pater omnem potestatem dedit in cælo & in terra, & petamus ut defendat nos, ducatq; ad cælum, ubi illum tanquam Regem nostrum confitemur, & laudemus in æternum.

COLLOQVIVM.

ROGABIS Christū D. N. ut quoniam non solum per ignominiam crucis, sed etiam per titulum diuersis linguis conscriptum, passus est se pro scelato & ambitioso haberi, & per omnes populos diffamari; vires tibi gratiæ suæ tribuat, quibus fortiter pugnes sub titulo triumphali: ut illius virtute, victor

302 MEDITATIONES

tentationū diabolicarum, possis ad maiōrē gloriām sui sancti nominis, & animæ tuæ salutem, ab omnibus inimicis perfectam referre victoriam.

DOCUMENTA.

1. **C**UM in cruce temptationum, & tribulationum sumus, semper in ore corde sit nobis auxilium & consolatiō nostra, titulus triumphalis Crucis Christi.

2. Regem habere Christum recusantibus quos pudent videri spiritualibus rebus & virtuti studere, ideoque respectibus humanis deterrentur sepe dicere aut facere aliquid ad gloriam Christi.

3. Certissimum aduersus omnes tentationes remedium est, certum & firmum voluntatis propositum. Cum igitur uictor Diabolus, ut vel vocationem, vel cuiuscunq; boni actionem, de qua iam suscimus, omittamus: respondeamus cum Pilato: Quod scripsi scripsi, quod feci, perfectum nolo. Sic subito Diabolus, instans Iudeorum, desinet molestus esse.

4. Vnuens Christus, titulum Regis plenē reiecit, quia honorificus illi futurus esset; in cruce accepit, quod afferret infamiam. Sic seruis Christi fugiendi tituli, honores, dignitas, amplitudo tunc solū

mittenda, cum in illis est patiendi materia sine ullo honore.

s. Titulum honoris sui Christus post tergum constitui voluit, calumniatores ob oculos suos. Serui Christi post tergum habere debent, & obliuisci laudes, & virtutes, quae illos in superbiam possunt erigere: contra semper ob oculos habere, quid peccare & in quo deficere solent, quod humilitatem auget.



O 4 M E-